

191
hac de re. Quodlibet à me requisieris, non sum huic officio
defuturus. Vehementer autem abs te peto, quod ultra michi
pollicearis, nempe ut quam tibi injuriam factam esse dicis,
etiamsi fortassis ita res est, Ecclesiae pacis potius condones,
quam arrius illam persequendo, vulnus istud exacerbetur. de
rebus nostris nunc quidem tolerabilis est utcumque nostra condi-
tio in tanti belli tempestate, hoste majoribus rebus occupanda
videlicet Narbonensi provincia intento, et in repellendis no-
strarum partium Delphinatibus, quam hujus belli duritas,
et huic malo perdifficile sit remedium invenire; rogo te etiam
atque etiam, ut hoc ab Epil. Max. Deo nostro pergas nostro
nomine magis ac magis flagitare. Bene velle, Vir eximie,
et summe observande Frater. Dominus Jesus tibi sanctisque
suis laboribus magis ac magis benedicat. Geneva 18. Decembris.
1590.
Tuus Bepa.

D. WIGANDE GEBERSHAGEN Salutem
in Christo salute nostra.

144)
Valde mihi gratum est, D. Wigande, quod Amici memoriam
non deponas, et gaudeo cumprimis eo te loco nunc agere, unde
frequentius colloqui liceat. Gratulor etiam Tibi de functione
tam honorifica et Ecclesiae Tabernamontanae de pastore. tan-
tae spectatae doctrinae ac fidei. Quod de confusionibus quereris, non
miror, nec te offendere debent. Nobis tecum communis haec
querela est. Nam etiam hic nescio, an non nostri Ethicorum
laurent: tantum est doctrinae purioris contentum: tanta maxima
partis profanitas et coecitas, nec omnino mirum. Nam
falsa illa opiniones adversus quas luctamur, non modo jam
ante vulgi animis allissime insederunt, sed magis magisque et-
iam confirmantur portentosis adversariorum calumniis, quibus

Ecclesia nostra deformantur. Nos vero consolatur consi-
entia nostra, quod scimus bonam causam nos agere, quam si
mundus non probat, quid tam? Hoc mundo proprium et anti-
quum est, lucem odire, et tenebras magis amare, vel saltem
veritati anteferre opiniones carni arridentes, Evangelii
titulo palliatas. Habet nihilominus Deus quosdam etiam
suos et hic et alibi, qui si veritatem audiant, satis est. Ne
dubito isthic etiam Deum populum suum habere, quoniam
tenebris evocabit. Magnum est et laudabile, imo mirabi-
le, Illustrissimam vestram hoc exulceratissimo tempore
conturbatis mundi odiis et periculis agnita veritatis profes-
sionem ac patrocinium eo usque suscepisse, ut falsis doctri-
narum ora occluserit, et cathedras alienas reformaverit.
Quotusquisque, n. Principum Germanorum ex iis, quos dubi-
um non est intelligere τὸ ἀληθὲς κρείττονον, hunc ge-
lun et tam exaltum animum ostendit! Si initia sunt
gravia, nihil mirum, Satanam obstrepere tam piis
conatibus, et in regni sui defensionem quovis modo eniti.
Vos modo constanter, quod facitis, facite. Qui coepit hoc
bonum opus Deus, etiam perficiet: dabit rigationi et
plantationi vestrae incrementa sufficienter et pro evolo-
ntia sua, ne labor vester vanus sit in Domino. Haec
etiam nostra est consolatio. Etsi autem probari non po-
test, in aulis etiam bonorum Principum nimis tribui
humanis consiliis in gubernatione Ecclesiae, tamen mo-
derate ferenda videtur hoc infirmitas. Sic in aulis non
omnes eos pariter sinceros, quorum opera Principes Opti-
mi saepe carere non possunt, sed uti coguntur, et se uti
credunt feliciter. Et in optimis etiam carnis sapientia
nunquam omnino eliditur. quia caro vel mundum nimis
amat,

amat, vel ad odia et periculo subeunda plus equo trepidat, non
 satis in Deum et providentiam ejus singularem intenta. Cran-
 dy ergo est Deus, ut Spiritu suo nos omnes ducat et confir-
 met: et singuli quidem prudentes ut serpentes, sed et simplices ut
 columba: nec timeamus, quod timere non oportet. De rebus meis
 privatim non scribam, quia ex Johanne nostro, qui nuper
 meo consilio Magisterii gradum in Academia nostra accepit,
 omnia cognoscere poteris. De typo *κατακλιβρωσ* nostrae
 calumniosissimo, ab Hubero Apostata haud dubie sparso,
 quid hic fiat, ex eodem intelliges. Superat hic Apostata omnes
 maledicentia et rabie in Calvinistas, quos vocant: ut solent
 Apostata gravissimi esse persecutores sui ordinis. Sed ne ego
 excitabit nos, ut libidini ejus ad parandam nominis famam
 servire velimus: neque eos percellit quicquam ista ejus inipa-
 dentia, quia calumniae sunt nimis crassa; et prudentes
 facile intelligunt, desperatione quadam adversarios ad has
 novas lites accedere: quia coetera commenta sua fieri
 amplius non possunt. Interim nos veritati non deerimus,
 ut commodum videbitur. Cuperem de his et aliis tecum
 mi Wigande, coram colloqui. Si potes, queso vel nunc vel
 brevi me invisas, ut veterem illam necessitudinem novis
 officis in hac aetate confirmemus. Feliciter vale cum
 uxore et liberis. Deus Optimus Maximus ministerio tuo per
 spiritum S. cumulate benedicat. Heidelbergae 16. Martij
 1590.

De ementito et Diabo-
 lico hoc παρακλιβρωσ
 libemate vide Tom. III.
 inscript: de Sponda
 fatali.

145

D. Wigando Gebertzhausen, Superintendenti ad Taber-
 nas Montanas, amico et fratri carissimo: de thesibus
 ejusdem, qui de Persona Christi monstrosis phrasibus mon-
 strosas quoque opiniones tegere videbatur.

Aucepi, Reverende Frater, litoras tuas cum thesibus fratris ejusdem,
 de quibus, quid sentiam ego, scire cupis. At occupationes meae vix